

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.****Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 99r–100r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 55 [Gn. 56]

[55] De monomochali incitacione et iure duelli et testimonio monomochali.

Qui monomochaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intromittere possit de uno suo pacis violatore, quem videat in presenti. Cum per sentenciam sibi hoc diffinitum fuerit, tunc eciam in sententia requiret, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, curialiter per horam vestimenti. Et cum se de ipso intromittat, pronuncciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod pacem in eo infregerit aut in strata [l] regia, aut in villa, qualiter infregerit, eodem modo queruletur super ipsum. Tunc ipsum iterum inculpat, quod ipsum depredavit et eam vim in eo fecerit, quam probare bene poterit. Tunc vulnus aut cicatricem demonstrat, si vulnus sanatum fuerit. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et de ipsis sibi tanta receperit, quod bene duellum meretur. Hec tria criminalia facta omnia simul conqueratur, de quoquomque horum trium de uno obliviscitur aut tacuerit, extunc suum duellum ammisit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc est in persona propria, ipsum solus vidi et ipsum clamore proclamavi. Si fateri voluerit, quod diligo, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querelam meliorare ante satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille exhibeat suam innocenciam, hoc est iuramentum, quod iurare ipsum oportet, et iuramentum monomochale, si ipsum iure incitaverit [k. 99v] et si ibi fuerit, hoc est perficere si potuerit per inbecillitatem<sup>a</sup> corporis sui. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, < |<sup>eciam</sup> | <sup>b</sup>> qui nobilioris nature fuerit, ille presse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquetur. A duello eciam<sup>c</sup> cedere potest, qui post meridiem alloquutus fuerit, nisi ante meridiem esset < <sup>inchoatum</sup> aut <sup>d</sup>> inculpatum, iudex eciam<sup>c</sup> habere debet clipeum et gladium illi, super quem allocutum fuerit. A duello eciam<sup>c</sup> potest accipere suos affines, si uterque suus affinis fuerit et ita consanguineitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non potuerint. Iudex eciam<sup>c</sup> duos nuncios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant attinencia secundum veram consuetudinem. |<sup>ycorem</sup> | < <sup>Coreum e</sup>> et linea indumenta induere possunt, quantum placet. Caput et pedes antea nudi sint, in manibus cirothecas habeant, unum gladium nudum in manu et alio cinctus, aut duobus, hoc arbitrio eorum committitur, unum clipeum rotundum in manu, ubi non aliud quam [l] lignum aut correum sit,

preter manu tectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. Eciam iudex debet indicare [s] pacem circa collum, quod nemo eos impediatur circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum |habeat| <debet f>, qui ferrat falangam suam, qui in nullo ipsos impedire debent [s], nisi unus ceciderit, quod falangam interponant, aut si vulneratus fuerit. Aut falangam desiderat, hoc idem facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare iure debet. Finalia ferrumenta [s] de vaginis gladiatorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati debent ire ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod sit causa vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsis Deus adiuvat et suum duellum. Sol eciam ipsis dividi debet dirrecte, quando primo conveniunt. Si vincetur ille, super quem conqueritur, tunc iudicetur sententia capitali. Si autem vincerit, [k. 100r] dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Si alter diu tardaverit, iudex debet ipsum per preconem invocare in illa domo, ubi se preperaverit, et duos scabinos cum ipso mittere debet. Sic cittari debent <primo g> secundo et tercio, et si ad terciam citacionem non venerit, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et percuciat statim duos ictus et semel figat contra ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali causa sive querela, pro qua ipsum fuerat alloquutus. Et iudex sibi iudicare debet, sicut fuisset duello convictus, sic mortuus debet convinci, si in furto aut rapina, aut tali crimine occisus fuerit. Sin autem mortuus cum septem testibus protestari poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Sin autem alter agnatus mortui, quiscumque fuerit, loco ipsius per duellum se pro eo exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut superius est expressum. Sic vincitur et |eum<sup>h</sup>| ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut [l] fideiussorie caucionem fecerit comparere et non comparuerit ad iustam |recompensam| <responsivam h>.

<sup>a</sup> *wymazane m na końcu wyrazu;* <sup>b</sup> *komentator nadpisał poczym skreślił eciam;* <sup>c</sup> *komentator otoczył ramką e[cia]m celem skreślenia, dopisał eciam, dając do zrozumienia, że inaczej (lecz błędnie) odczytał abrewiację;* <sup>d</sup> *na marginesie ręką komentatora;* <sup>e</sup> *coreum na marginesie ręką komentatora, który obwiodł ramką ycoreum celem skreślenia;* <sup>f</sup> *na marginesie ręką komentatora, który skreślił habeat;* <sup>g</sup> *na marginesie ręką komentatora, znak wstawienia;* <sup>h</sup> *wpisane ręką komentatora, który obwiodł ramką celem skreślenia recompensam*

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiadzenie]